

nibus, posse justificari per equipollens, & per agnitionem ipsorum principalium, quos agnito sit iusta, venisimilis, & admixta, cum ista non sit forma, ista præcisa, ut non admittat equipollens. Ideoque ista remanet in re legæiæ superfluitatis ad iudicium casuumque alterius confessionis admixtæ in prohibitis ex deductis *disc. 159. de Dote, cum similibus.*

Usura namque consistit in depravata intentione feneratoris exigendi accessiones pro mutuo illius pecuniæ, quam aliter transfuserat, & otiosam retinisset, ac etiam in suffocatione debitoris, qui in vitiis, & coactus, ex illa vi præsumpta, & interpretativa, quam lex præsumit, promittat, vel solvat id, quod aliis non esset solviturus, & non habeat in animo solvendi, quodque hæc solutio sibi causet damnum, & diminutionem sui patrimonii; Ac proinde, quando hæc omnia cessant, quæ nempe ex facti circumstantiis, & præsertim ex quantitate nimium moderata, & venisimilis, & ex qualitate contrahentium, ipsiusque actus sincere, ac publicæ, & palam iniiti, atque ex promptitudine occasione, aliisque circumstantiis, ista duo extrema potius excludantur, tunc manifestum videtur æquivalentem procedendi in hac materia cum solis generalitatibus, eas indefinitè cuiuscunque casui applicando, cum attendi debeat ratio, seu suavis prohibitionis, non autem formalitates.

Perpendis itaque omnibus dictis circumstantiis, ad evidentiam excludi videbantur omnia illa extrema, quæ tenus inducant; Attenta siquidem persona creditoris cessabat verisimilis depravatus tenentis animus, cum ipse non esset campfor, & negotiator, qui huic pecuniaræ negotiationi dedisset, dum erat faber, assuetus id quod cum suo labore, & industria in singulis annis deductis expensis excreset, investire in locum suum.

Attenta verò persona debitoris, cessabat etiam ratio suffocationis, dum agebatur de corpore sicco universalis, pro quo singulari religio carcerari, vel alia molestari, seu rebus ad eorum victum necessariis privati non poterant.

Minusque in debitore considerari poterat factura in re propria, cum iniusta locupletatione feneratoris, dum huic adificia iam destinata fuerant hæc loca montium; etenim prompse non vendit, quatenus temporum condicio exiget aliquam moram, pro meliori opportunitate, adeo ut dilatio concessa fuerit in meram gratiam, & utilitatem debitoris adificiare volentis, qui alias non percipisset hos fructus, ita moderatos, quibus contentus fuit creditor, qui si depravatam habuisset intentionem, tunc urgere, atque suffocare potuisset, ut ita pro minore pretio ipsamet loca emeret. Bonæ fidei, ac sinceritatis argumento quoque resultantia ad dicta qualitate publicæ, & palam ita gestis juxta ponderationes, de quibus *supra disc. 12. & in aliis pluries.*

Debitoris item quantatem nimium considerabilem esse ad veritatem ad creditoris bonam fidem inducendam, vel confirmandam, Agebatur etenim de Collegio constituto ex notabili numero Clericorum Regularium nimium qualificatorum, tam ratione natalium, quam etiam doctrinæ, & probitatis, & quorum peculiare institutum est vacandi confessionibus sacramentalibus, aliisque exercitiis pertinentibus ad salutem animarum, & peccata vitanda. Cum etenim usura ita sit crimen peccaminosum in mutante, ut in mutata ratio, quoties istum à peccato excusabilem non reddat illa præcisa, vel moralis necessitas, quam inducat suffocatio, in hac facti specie non verificabilis, dum agebatur de opere voluntario; ad majorem ornatum, vel perfectionem Ecclesiæ, & domus regularis circa aliquam necessitatem, ac proinde illiteratus atrox nullatenus huiusmodi subtilitates, seu verisimiles superfluitates tollens, cum optima fide, iustaque credulitate opinari potuit, quod contractus esset licitus, cum improbabile omnino esset, ut viri adeo docti, & religiosi, regularem, ac spirituales vitam professentes, & qui omnia in sæculo reliquerunt, ut Christum Apostolorum more sequerentur, illicitum & peccaminosum contractum facere voluerint, atque ad eum inducere virum simplicem, & idiotam, qui si cum privato sæculari niturus fuisset, atque timotissimam conscientiam esset, ipsorum desuper adhibuisset, atque sequutus esset consilium.

Hic et proinde intrare ad veritatem dilemmam, quod aut isti Religiosi periti in Theologia morali, ac etiam in Canonibus credentibus contractum esse licitum, Aut non; Si credent, ergo multo magis id iuste credere potuit vir idiota, & artifex, ac propterea quamvis eruditus derogeretur oratione, attem denique meretur iusta ignorantia juris valde dubii, assimilanda ignorantia facti, quæ excusare à fructibus perceptis, & consumptis juxta ponderationes, de quibus *supra*,

ROMANA PECUNIARIA PRO DUCE MATTHEJO CUM MARCHIONISSA SANTACRUCE.
Causa decisiva per Rotam pro Marchionissa.

De licitis, vel illicitis accessionibus solutis ex precepto testatoris pro legato, sive pro debito, quod

disc. 17. & in aliis pluries. Et si non credebant, tunc ita esse dicerentur in dolo manifesti, & in deceptione viri simplicis, qui eorum fidem iuste sequutus esset, & per consequens quomodocumque diceretur, semper imputatio huiusmodi fructuum in nimum irrationabilis remanet, atque speciem iniquitatis retinet.

Et quamvis vera sit propositio quod in materia usuraria sexus, vel rusticitas, aut alia ignorantia non excusant, cum sit ignorantia juris, quæ non admittitur, Attamen id cum duplici temperamento intelligendum venit, ut in *supradicta disc. 17. & in aliis pluries adverteatur.* Primum nempe, ubi agatur de iure certo, & claro, adeo ut ignorantia de facili tolli, seu vinci potuisset, consulendo viros peritos in Canonibus, vel in morali Theologia, quod utique in præfenti dicitur non potest ex prædicta ratione resultantia à qualitate Religiosorum contrahentium, ac etiam quia hæc ignorantiam habuit Iudex primæ instantiæ Prælatus doctus, nimumque in foto versatus, & in iudicando magnæ existimationis, ac etiam Ego, & alii pro e Scribentes etiam in sensu veritatis; Vel quod si veritas est in contrarium. Attamen est nimum dubia, & obscura, adeo ut etiam Sapientes, & periti illum ignorent, igitur multo magis simplex, & idiota Faber.

Et secundo conclusio procedit ad effectum, & in casu, in quo ille, qui allegat ignorantiam juris, contendat de lacto captando, quod ex illa reportare velit, ut verificari diceretur, quando ageretur de accessionibus inexactis, & assequendis. Secus autem ubi de damno vitando, ut sine dubio sequi dicitur, quando cum huiusmodi fructibus, & accessionibus in dies minutarum perceptis, & consumptis, aliàs non consumpturis, ita sequatur amissio capitalis contra æquā voluntatem, omnemque æquitatem.

In idem quoque, ex ratione non scriptæ æquitatis favore creditoris, cum cuius pecuniæ opus constructum sit, & ob alteram rationem, quod debitor in nihilo damnificatus remanet, sed potius contendere dicitur faciendo licetum de alieno, conferere advertebam ea quæ, ex veriori, magisque æquā sententia pro eadem Rotam recepta, & approbata habentur in iidem supra allegatis decisionibus *6. p. 11. & 32. p. 12. rec. quarum prima reperitur apud Bich. decif. 406. cum aliis de quibus sub rit. de legim. & avarat. disc. 35. sub rit. de iudic. disc. 39. & alibi*, ut scilicet, quamvis ille, qui meliorationes inseparabiles in re aliena fecit, revera illarum non acquirat dominium, sed detecto domino remaneat simplex creditor quantitatis, quæ de stricta juris censura est infructifera, adeo ut post cessationem bonam fidem, non possit suos facere fructus ex eidem meliorationibus productos. Adhuc tamen ob quandam non scriptam æquitatem illos facit suos, dum res Domino, qui meliorationem pretium resciscere tenetur, nullum de proprio intrat præiudicium, ex quo aliàs istos fructus non fuisset perciperetur. Ista namque ratio de plano intrat quoque in præfenti, quoniam, nisi iste artifex ita indulgerent egisset, oportuisset ex tunc vendere loca montium, atque se private huiusmodi fructibus, & per consequens nullum exinde debitores sentirentur damnum, vel præiudicium.

Et quidem procedendo cum huiusmodi iudaicis formalitatibus, illud sepius infirmatum resultat inconveniens, quod scilicet longè melior conditio sit illa callidi, ac depravati feneratoris, qui diligerent sit sollicitus pro palliandis, & honestandis usuris, adimplere cum adeo magna facilitate verbaliter formalitatem requisitorum Castronfi, cum simplici interpellatione, & cum mendaciat, & afficta attestatione Proxenetæ, quos fieri solita etiam pro exigua mercede unius iulii, imò etiam sine, adeo ut si attestatio esset de idealit occasione meliori, ad majorem rationem sex, vel septem pro centenaria, utique illi decrederetur. Et quod ille, qui majori bona fide abundat, censeretur debitor usurarius. Ac propterea concludendum est, quod conclusiones juris generaliter, & in abstracto; hinc inde in hac materia deduci solent, sunt veræ, sed nimium clara fallacia, manifestaque error est cum eis generaliter in omni casu procedere, cum veritas decisio pendeat ex singularum casuum circumstantiis, ex quibus pendet congrua applicatio, quo totum facti.

ROMANA PECUNIARIA PRO DUCE MATTHEJO CUM MARCHIONISSA SANTACRUCE.
Causa decisiva per Rotam pro Marchionissa.

De licitis, vel illicitis accessionibus solutis ex precepto testatoris pro legato, sive pro debito, quod

debitore deberet investiri in occasione fructiferas, ubi propriæ obligationis confessio, vel agnitio, derogaret erronea.

Ex incidenter de qualitate dotis, an sit profectitia, vel adventitia.

S U M M A R I U M.

- 1 *Facti series.*
- 2 *Resolutio causa.*
- 3 *An & quando usura debeantur pro legato ex precepto testatoris, & n. 19.*
- 4 *De interesse debito non adimpletum mandatum susceptionum super investimento sciendo.*
- 5 *Quod isto casu derur etiam super legato fructuum.*
- 6 *De Dote præfatiæ videatur ad patrem.*
- 7 *In materia usuraria non attenduntur confessiones partium.*
- 8 *Confessio in civilibus dividi non potest, & n. 14.*
- 9 *Quod data à parte efficiatur adventitia ob venunciationem, & quando.*
- 10 *Pender à voluntate patris facere adventitiam dotem aliter professam.*
- 11 *De obligatione Tutoris, & alterius administratoris ad interesse ob non investitum pecuniam administratam.*
- 12 *De usufructu legati debito parti in bonis filii.*
- 13 *In materia usuraria attenditur interesse creditoris, non autem debitoris.*
- 14 *De confessione, de qua, n. 8.*
- 15 *An probetur constitutum census, vel vitium annuatim pensionis ex diuturna solutione fructuum.*
- 16 *Etiam ubi usura, vel intersuraria debentur, attendendum est quia minus.*
- 17 *De abusu super modo scribendi in iure.*
- 18 *Sensus auctoritatis in causa, & quomodo huiusmodi usurarum questionibus decidi debeant.*
- 19 *De confessione, de qua supra, n. 3.*
- 20 *Decedem, de quo, n. 17. & 18.*

D I S C. XXXVIII.

Upta Herminia de Matthæis Honoriæ de Santacruce, cum dote per Cyriacum patrem constituta scutorum 15. mille pro Italibus moribus, conseruatam, penèque conaturalium, fratrum favore, parentum, & collateralium successionebus renunciationem fecit. Cumque ad breve tempus Honoriæ viri, capitis, ac bonorum poenam passus esset, superfluit ex hoc matrimonio Ersilia filia, fisco tanquam hæres anomalæ præfati Cyriaci tanquam patri, & legitimo administratori Herminia viduæ ad ejus domum reversæ, dote restitui, quam ipse in extinctionem censuum, alioque usus erogavit; Atque decedens, facta in testamento declaratione, quod hæc pecuniam sibi filia dedidisset, ut in fructibus occasiones eam erogaret, ipse verò ob occasioneariam, eadem consentiente, in proprios erogasset usus, illi solvendo fructus ad rationem sex pro centenaria, idcirco mandavit hæredi, ad omnem requisitionem præfata summæ restitutionem, continuando interim eandem solutionem fructuum, in qua multorum annorum spatium per primum, & secundum hæredem continuatum fuit, tam cum ipsa Herminia, quam cum Ersilia hærede, nupta Marchioni Valerio de Santacruce; Quia verò Dux Hieronymus Matthæi, Cyriaci mediaris hæres, ad quodam, nimum quidem, in sola tamen parte doctrinali, docto, magnique in Urbenomnis Advocato, Consilium optentum habuerat, quod isti fructus tanquam usurarii, nedium fortem extenuassent, sed etiam in excessu repetibiles, essent, atque de proximo ejusdem Advocati mors sequuta esset; Hinc volente Duce consilium ad praxim deducere, ideoque degenante fructuum solutionem, judicialiter convocatus fuit, cum ego ad ejus defensionem adsumptus nimiam super habere difficultatem, ac propterea potius honestam ab acricie non recuatum concordiam amplecti debere consulere; Idcirco pro commentum abili Curie stylo, convocatus fuit congressus plurimum Advocatorum, qui procedendo cum infrascriptis generalitatibus, juxta frequentiore moderum damabilem usum, gratum requiriti votum protulerunt, ideoque, ut par erat, majori parti, non autem meo singulari voto super his prosecutione adherendum esse conclusum fuit; Adhuc tamen ut munerem melius facisterem, juxta meam frequentem consuetudinem; occasione scribendi coram Juce more Advocati ad causæ opportunitatem, post completam informationem in forma discursiva alium edidi discursum

ad partem, aliorumque Advocatorum instructionem, ut vel agnita melius veritate, concordiam consulerent, vel meis difficultatibus ab alia parte promovendis melius occurrere possent, infrascripta adnotando motiva, seu rationes dubitandi, sed casus dedit, quod Juce demandante pro sollicitationem informationem hinc inde, ex incuria sollicitationis, etiam præfati discursum unam cum informatione communicatio sequuta est; ac propterea, cum meis armis totum bellum ab altera parte factum est.

Prodito autem decreto Marchionis creditrici favorabili super solutione fructuum decursum per Judicem primæ instantiæ fodi Capitolini, commissaque causa in Rota coram Albergato sub die 15. Junii 1665. prodit resolutio, fructus deberi, ad solam tamen rationem locorum montium, adeo ut excessivè solutum tanquam indebitum, & usurarium in fortem imputandum veniret, unde quando facienda esset illa diminuta imputatio, quæ sub seclera vocabulo in Curia explicari solet, de qua infra *sub tit. de camb. disc. 31.* adhuc fors notabiliter, vel in totum extenuata remaneret; Quare neutra Partium resolutio acquiescente, diuque tractata concordia, ex consuetis Canonicorum subtilitatibus effectum non forsitante, reposita causa *sub die 4. Decembris 1672.* in omnibus ad favorem Marchionis, live eius interim defunctæ hæredum resolutio prodit, recedendo à dicta restrictione fructuum locorum montium, atque ita concessa fuit expeditio.

Dux itaque in huiusmodi disputacionibus fuerunt inopesitones; Una scilicet super huiusmodi fructibus, vel usuris in genere; Et altera ubi etiam deberentur, super illo modo moderacione juxta primam resolutionem Rote.

Quatenus pertinet ad primam, in qua major, prænegue tota disputatio fuit, motivum dicti Advocati hujus præfationis promotoris, cui alii postea consulti adhaerent, in eo consistebat, quod huiusmodi usuræ, vel fructus soluti fuerant ex precepto testatoris tanquam ex legato, & per consequens quod intraret distinctio, de qua alii relatis Rot. apud Cavaler. *dec. 591. nu. 1. & segq. Buratt. dec. 144. nu. 9. cum concord. per Castill. & tom. controv. c. 48. n. 1. & seg. Leotar. de usur. q. 18. Giballin. eod. vtr. lib. 1. c. 7. art. 8. n. 36. & seg.* Ac etiam insinuat plures in præfentibus, & præfentibus *disc. 32. & seg.* quod scilicet, Aut in legatarii facultate & arbitrio repositum non est legatum fortem repetere; Et tunc valeat testatoris preceptum super solutione fructuum per testatorem hæredi demandata, quasi quod tunc in legatum ipsa annua præfatio principaliter deducta videatur, quæ ex parte hæredis esset redimibilis, quatenus cum redimere placeat, tanquam pro specie annui census consignativi redimibilis; Aut verò legatarii libito, & facultate repositum est fortem principale petere, & consequi; Et tunc testatoris precepto non obstante, fructus usurarii censendi sunt, cum testator non possit licite reddere usuras de jure illicitas, quasi quod ob reperendū facultatem ita adesse dicitur implicitum, vel interpretativum mutuum usurarium, quod scilicet legatarius ita dilationem hæredi sub usuris summæ legatæ per quoddam oculum mutuum dederit, ut apud allegatos, & per consequens cum versarem in hac posteriori parte, quod scilicet ex ejusdem testatoris precepto in Herminia legatarii, vel ejus hæredis facultate repositum esset fortem repetere, ita de plano in fructibus solutis, usuraria infectio intraret.

E converso autem Scribentes pro altera parte, non negando huius distinctionis veritatem in casu suo, negabant tamen applicationem ad factum, quod scilicet non ageretur de legato, ac propterea fructuum pertinencia ex sola testatoris voluntate resoluta, sed potius quod testamento variâ dispositione contineret recognitionem veritatis super susceptione mandati ad investiciendum pecuniam, in occasione fructiferas, ista namque mandati susceptione posita, de plano resoluta cursus usurarum, vel fructuum, non quidem in ratione fructuum, vel usurarum ratione moris pro debito non soluto, sed in ratione damnorum & interesse ob non adimpletum solutionem mandatum, quod in odium non adimpletum habendum est pro adimpleto, ideoque debiti sunt illi fructus qui percepti essent ex investimento, si illud sequutum esset, & sic, ut non dicitur, pro non factio, non autem pro non dato, ex relatis *eod. disc. 32. n. 3. & in aliis.*

Quinimo quod magis est, isto casu locum habet & practicitur ille anatocismus, seu superlatio, quæ etiam de jure civili adeo prohibita est, fructuum scilicet fructus, vel usurarum pro usuris; contra dispositionem text. in *1. sin. Cl. de usur.* cum concordantibus plenè deductis apud Metlin. *dec. 409. reperit. dec. 301. p. 5. rec. & pluries supra hoc eodem*

rit. & infra sub tit. de camb. & sub altera de censib. Siquidem quod pecunia destinata est multiplici, ut in Urbe nimium frequens praxis docet; vel quia testator ita mandaverit, vel quia agatur de bonis spectantibus ad fideicommissum, distractis pro debito fideicommissarii posesoris sub lege adiecta in licentia, seu derogatione, ut pars pretii applicati debeat multiplici donec compleatur integra summa valoris rei distractæ pro reintegratio fideicommissi, ut etiam disponitur per bullam Barorum ex infuatis in eius materia sub tit. de feud. Aut quod emptor pro cautela evictioms partem pretii multiplici destinari paciscatur, cum similibus; Tunc ille, qui hujus investimenti mandatum, vel curam suscipit, tenetur ad fructus fructuum cum pluries repetita superestatione juxta multiplici naturam, *juxta decisiones supra dictam disc. 32. n. 3.*

Non negatur pariter ex hac parte veritas istius assumpti, ut potest in suo casu veri, sed adhibebatur eadem responsio super defectu applicationis, ob non verificatum mandatum, quod tripliciter non verificari, ego & alii pro hac parte scribentes dicebamus; Primum nempè ex defectu subjecti, five ratione incompatibilitatis, quoniam cum dari non possit susceptio mandati, vel administrationis in re propria; Hinc proinde cum ista dos constituta esset per patrem, filia in potestate, ex solito matrimonio pro mortem viri tanquam profecticia, ad eundem revertebat, jure domini & consolidationis, quamvis ex matrimonio filii superstitis fuisset ad notum textum in l. dos a patre, Cod. de jur. dot. cum concordant. in sua materia sub tit. de dot. disc. 30. & segg. & 134. & in alii.

Secundo quod super hujusmodi mandati susceptio, quæ extrinsecus, & aliunde non justificatur, nullatenus deferendum esset solæ assertioni factæ in testamento, ut potest referibili ad fraudandum usuram, in quibus receptum est, quod confessio, vel quodcumque aliud factum voluntarium debitoris in nulla ratione habetur, cum etiam volentes partes non possint reddere licitas illas usuram, quæ sint illicitæ juxta celebre consilium, 520. Roman. cum concordant, per Leonar. de usur. qu. 76. n. 40. & segg. Et pluries supra, frequentius autem sub tit. de cambis.

Et tertio quod ex eadem confessione constat de recessu à dicta susceptioe mandati, quod scilicet ab initio filia dedit patri has pecunias à fisco exactas, ut investiret, sed quod postea mutato consilio contenta fuerit, quod ipse eis uteretur suisque usus applicaret.

Et per consequens quod in præcedenti confessione suscepti mandati nullum fundamentum constitui possit, ex altero pariter verò & recepto assumpto, quod in civilibus confessio dividi non potest, neque in parte acceptati, & in parte resuppi ex deductis sub tit. de judic. disc. 23. & sæpius in aliis materiis.

Super hujusmodi autem responsionibus, magnus fuit confictus inter Scribentes hinc inde, magnique facti fuerunt cum ali allegationibus, juxta consuetas frigiditates, vel ineptias modernas, nimiumque desuper pariter se extendunt decisiones; Siquidem quoad primam responsionem an dos esset profecticia, vel advertitia, ad excludendam qualitatem profecticiam, & includendam adventiciam, Scribentes pro Achre deducebant conclusionem firmatam apud Dunoyer, dec. 267. & dec. 528. & in sua materia sub tit. de dot. dicto disc. 154. & in alii, quod etiam dos constituta per Patrem habentem filiam in potestate; adventicia dicitur, quando renunciatio faciat successibus alii que ejus jurebus, quod tunc filia dicatur dotata potius de proprio, argue dos sit pretium futurarum successionum, vel juriurum ita anticipati receptum.

Huius vero responsionis ex hac parte replicabatur (& bene) quod, ut ad veritatem in dicta sua sede sub tit. de dot. disc. 154. & in ista causa, eod. tit. de dot. disc. 178. & alibi, id procedit quando ex præambula conventionione inter dotantem & dotatam, renunciatio sit merè respectiva donationi, & contra, cum tunc intret conclusionis ratio, quod scilicet spectatarum successioem & juriurum pretium de presenti valerat respondeat quantitati doris, ut propterea dici valeat contractus verè respectivus, redolens speciem implicitæ emptionis & venditionis ut supra, secus autem ubi nulla accedente præambula conventionione, minusque verificata dicta correspondencia pretii, stat renunciatio pro illa consuetudine quam in Italia habemus, quodammodo ceremonialis, præsertim in locis, in quibus vigent statuta fœminarum exclusiva, ut in Urbe, atque super hoc inter Scribentes tam in facto quam in jure circa applicationem magnus fuit confictus.

Pro eadem adventitia qualitate instabatur etiam per Scribentes pro Achre, quod id pendat à voluntate dotantis qui dotem regulariter profecticiam reddere potest adventitiam cum explicita, vel implicita donatione, quod isto casu licita est inter patrem & filium ex relat. in dicta sua materia sub tit. de dot. disc. 30. & seg. & disc. 354. & in aliis; Verum ex hac parte replicabatur etiam de incongrua applicatione hujus veræ in suis casibus conclusio, ad casum, cum ea procedat quando talis voluntas insit ipsi constitutioni, vel saltem probetur postea constante matrimonio; Secus autem in hoc statu, nulla accedente talis voluntatis probatione, quæ solum desimebatur ex testamento, five ex receptione facta à fisco nomine administratoris filie, dum uterque actus erat re non integra & post dissolutum jam matrimonium dos jure consolidationis revertebat erat ad patrem, insistendo super præmissis autoritatibus, quod loqueretur cum dicto præsupposito declarationis in ipso actu constitutionis, vel matrimonio adhuc constante, ut pariter ex proposito adventitur eod. disc. 178. de dot. edito in ista causa.

Super secunda vero responsioe, quod circa susceptioem mandati in hac materia prohibita deferendum non esset solli confessioni debitoris, respondebant quod cum pater esset legitimus administrator, atque tanquam talis professus fuisset hanc pecuniam exigere, ita intrabar de jure obligatio investendi pecuniam in occasio fructifera, sin minus tenebatur ad interesse juxta ea, quæ de tutoribus alii que administratoribus pluries hoc tit. infinuatur, & sub altero de tutor. & administrator. Nec non quod eadem pecunia de facto erogata fuisset in extincioem suorum censuum ad rationem sex pro centenario.

Atque super his responsionibus pariter magnus fuit confictus, quoniam quoad usum fructuum instabatur in negatione hujus assumpti, quodque ea que in tutore, vel alio amministratore dicuntur, procedere in parte ob dilemma quod Aut patri debebatur usufructus; Aut non; Si debebatur, ergo non cadebat mandatum ad investendum cum eodem modum filie, cum usufructuarius pecunie, vel aliarum rerum, quæ per neceffesse usu consumuntur, aliam non habeat obligationem nisi restituendi tantummodo finito usufructu, dum investimntum prædicari quandoque solet juxta modernorum præportionabile tempestantium moderativum indifcreti rigoris antiquorum quando usufructuarius cautionem præstare non possit ex deductis in sua sede sub tit. de servit. Et non competit, ut magis communiter receptum videtur, in iis, quæ explicite, vel implicitè per ipsum patrem filio donata sunt infinuatis præsertim sub tit. de dot. disc. 32. ubi in specie de dote; Et tunc minus hac obligatio intare poterat, cum in casu deficientis usufructus legalis pater non sit legitimus administrator, quod è converso declaratur procedere cum non sit necessarius hinc inde, non autem ubi utriusque consensus accedat; pariter faciendo solitos cumulos autoritatum & cum consensu ineptiis contendendo, cui assisteret major numerus.

Prour circa aliam responsionem de erogatione pecunie in extincioem propriorum censuum, magna fuit pugna in facto super justificatione hujus assumpti, ac etiam alteram jure super pluries infinuata vera conclusione, quod in hac usuraria materia non spectatur interesse mutuariat, seu debitoris, sed illud mutuataris ut supra, disc. 12. & in aliis pluries.

Et demum circa tertium punctum quod confessio contenta in testamento dividi non potest, sed recipi deberet cum sua adjecta qualitate, quod de mutuo consensu à præfato suscepto mandato investendi recessum fuisset. Replicabant scribentes pro Achre de hujus conclusiois limitacione in causa decisionibus præsertim prima amissa & cum autoritatibus comprobata, & de qua sub tit. de judic. d. disc. 23. quod scilicet id non procedat quando prima pars confessionis per se probet factum, altera vero super qualitate modificativa habeat contra se præsumptionem juris, atque pariter super hujus limitationis declaratione, vel applicatione magnus fuit confictus inter Scribentes hinc inde.

Negue minor inter eosdem confictus fuit super alio motivo, ad quod scribentes pro Achre multas autoritates cumularunt, in decisionibus etiam deductas super materia de qua per civilistas in l. de rem versio, ff. de usur. & l. si certis annis de pati. Et per Canonistas in cap. olim. de Censib. quod scilicet uniformis annua præfatio in sensu civilistarum per decem & in sensu Canonistarum per triginta, vel quadraginta annos probaret legitimum ritulum census ex infinuatis ad materiam dicti textus in cap. olim. & in sua sede sub tit. de censib. ac etiam occasione monetae sub tit. de Regal.

et. & sub altero de personis, atque desuper quoque magna sint lucta.

Quo verò ad alteram causæ inspectionem, super quantitate hujusmodi fructuum, seu usurarum; Pariter hinc inde magnus factus fuit cumulus frigiditatum; Siquidem dicebatur ex hac parte, quod in materia, quod cum Patres fecerint taxam, qua attendit illorum temporum conditiones, iusta & verisimilis erat, ab ea recedendum non esset; Potissimè verò ob utilitatem à debitoribus in eadem quantitate reportatam, in extincioem propriorum censuum ad eandem rationem, satisfaciendo magnum cumulum autoritatum super conclusione, de qua supra, hoc tit. disc. 12. & in aliis, ut licitum sit convenire ab initio de interesse, etiam illud taxando ad certam summam; E converso autem ex hac parte distingueno tempora, in quibus loca montium aliaque investimnta notabilem passam suint diminutionem; Ac etiam aliam faciendæ distinctionem inter tempus vite Erminia, & alterum post ejus mortem in quo Ersilia filia fructus perciperet, quasi quod in primo tempore solutioem usurarum referibiles essent ad alimentam filie debita; secus autem in altero.

Multum quoque certando super altero puncto an bona fides, vel iusta excusatio in hac usuraria materia admittenda veniret; adeo ut informationes, quæ desuper fiebant, pro currenti abusu continerent volumina; Ac propterea in ista præsertim causa illam expertus sum naufragium modernorum corruptelam pluries declamata, præsertim sub tit. de judic. disc. 35. & in Relat. curie, disc. 46. & in opusculo Italico de stylo.

Omnia verò præmissa pro meo sensu superstita videbantur, quoniam cum non ageretur inter extraneum generatorem, seu negotiatorem, in quo depravata venerandi intentio, vel suspicio caderet, & suffocaret debitorem, qui ob pecunie indigentiam cum illa interpretativa coactione, quam ideo ob lex præsumit in debitoribus solventibus usuras ex relat. apud Rich. dec. 72. repet. dec. 69. p. g. rec. & passim, sed ageretur inter patrem & filiam, ita de bono & aequo concorditer procedentes, atque in re que artenta illorum temporum conditione, nimium verisimilis erat, nec non præmissa essent de apicibus, adeo vix excellentibus iurificionibus cognita essent; hinc inserti observabam, quod in ambabus nobilibus matrionis, quæ hujusmodi fructus, vel usuras ab hereditibus arcata sanguinis conjunctione continentibus, ac sponte solventibus exegerant, magna bona fide exhibuisse videbatur; Præsertim dum non ageretur de pecunia fœnoribus & negotiationibus destinatione, sed de pecunia dotali, de sui natura destinata investimnto, ut ex fructibus mulier vivat, dum etiam in Ersilia filia idem dotis titulus concurreret.

Ac propterea judaisimæ speciem redolere videtur desuper applicate illas genericas propositiones, quas in hac materia habemus, cum præsupposito concursu illorum requisitorum, quæ scilicet à lege præsumuntur, mutui scilicet veri, vel interpretativi, cum depravata intentione fœnerandi ex parte mutuataris, & suffocantis mutuariat, in quo lex præsumit deficientiam voluntatis solventis illas accessiones, quæ omnia in mulieribus fructus recipientibus pro eorum pecunia dotali, ut ex illis accessioibus alimenta percipiant, nullatenus congruere videntur; Ac propterea manifestus error semper videtur ob desuper applicate illas genericas propositiones, quæ adversus fœneratores ad sublevandum suffocatos debitores apud antiquiores prodierunt.

Et præsertim circa supra infinuata conclusionem de invalido præcepto testatoris, quod hæres penderet solutoe legati quamvis repetibilis aliquem fructuum moderatum solvere deberet, semper visum est prolixum irrationabile judaisimum, vel irrationabilis suspensio legale, quoties non urgeant circumstantie redolentes affectationem, vel fraudem usurarum, quia nempe providus testator conscius depravate intentionis creditoris, cui sub nomine legati pro recognitione veritatis, & exoneratione conscientie aliquam summam præstari mandaverit ex eadem interpretativa, vel præsumpta coactione potius quam ex libera voluntate ad alliciendum creditorem, ne hæredem suffocaret, ita disposuerit, sed quando ista, vel similes circumstantie cessant, non videtur quantum ratio suadeat hanc prohibitionem, dum volens testator, poterat illum, cuius favore hujusmodi dispositionem fecit, hæredem institueri, five in longè majori commodo honore, ideoque id semper mihi visum est quoddam irrationabile judaisimum legale.

Atque his stantibus, in ista causa semper habui difficultatem, nimiumque huic parti proficuum fuisset, si meo adhuc consilio, non negligendo oblatam honestam con-

cordiam, quod tamen fortè referendum videtur potius aliis defensoribus, qui prædictis generalitatibus innixi formiter credebant quod bonum jus foreverit, quodque propter debitum in forte jam extinctum esset, quoniam quod nobilis summae repetitionis locus esset; Ac propterea concludendo, mihi quamvis succumbenti resolutiones in substantia non displicuerunt, non tamen placuit modus extendendi desuper decisiones, atque tot propositiones generaliter desuper cumulatim juxta ponderationes, de quibus in relatione Curie, lib. 15. disc. 32. occasione agendi de Rotæ decisionibus; ac etiam in dicto opusculo de stylo, ob inconveniens, quod parum docti iudices, omnia quæ legunt infinuata in decisionibus, attendunt tanquam decisiones, non reflexendo an incidenter, vel principaliter, neque distingueno casuum circumstantias; De stricta siquidem juris censura conclusiones potius huic parti assistere videbantur, sed facti circumstantia simul junctæ magnam æquitatem, ac bonam fidelem inducebant pro altera parte; Ideoque rectè ad præfata dicebam assumptum Medicorum, pulsus bonus; utinam bona; & ager mortuus; Ac propterea sæpe magis, ac magis edoceamur quam clarus error sit procedere cum generalitatibus, vel cum autoritatum, & conclusionum cumulis, cum re vera decisiones causarum pendatur saltem pro majori parte ex singulorum casuum circumstantiis, ad quarum distinctionem, ac respectivè combinationem est principaliter reflectendum.

BONONIEN. CONTRACTUS PRO HEREDIBUS N. MANSINI.

Responsum pro veritate. De eodem contractu, de quo supra, disc. 11. nunciato pacto francandis usurarum censendis sit, quando rei incertitudinem habeat, ut propterea fructus in fortem imputandi sint necne.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Materia usuraria quomodo tractari, ac decidi debeat.
- 3 De plurius effectibus reservantibus ad extincioem contractus emptionis, & venditionis ratione incertitudinis rei, vel pretii.
- 4 De materia hujus invaliditatis, vel imperfectiois ratione incertitudinis.
- 5 Qua species incertitudinis non videtur.
- 6 Quod non sit innovandum in superfluo evagationibus, sed innovandum strictè in puncto contractus contraversione.
- 7 De autoritatibus agentibus de puncto præfato, an hæc imperfectio causat usuram pro restitutione, vel imputatione fructuum.
- 8 De rationibus ob quas, data etiam imperfectioe, emptor faciat fructus suos.
- 9 Dubietas excusata à mala fide.
- 10 Quod in materia usuraria non deur excusatio ratione ignorantie juris, quod declaratur.
- 11 De circumstantiis ponderandis pro bona, vel mala fide.
- 12 Quando circumstantia excusationes admittantur, & de usuris pupillaribus.
- 13 Quod non intret imputatio fructuum in fortem in præjudicium tertii, quod exemplificatur.
- 14 De aliis circumstantiis in hac materia attendendis, & quomodo ea decidi debeat.

D I S C. XXXIX.

Juxta illum contractum in Lombardia, præsertim vero in Civitate Bononia, adeo frequenter, pacto francandis nuncupatum; cujus mentio habetur supra, disc. 11. quod scilicet in forma contractus emptionis & venditionis, datori pecunie receptor vendit rem, cum pacto redimendi, eodem contextu venditor ab emptore eandem rem conducit sub annua pensione, adeo respectata naturali veritate; in effectu videatur species census, vel constitutionis annui redditus pro pecunia; Administratoresotentis hereditatis ejusdem de Palestro, emerunt à Comendatario Mansino tantam ratam ejusdem ejus prædii, vel possessionis, quanta caderet sub valore feutorum sex millium, nullis specificatis finibus ejusdem prædii; quod erat longe majoris valoris; Quare post plurium annorum decursum, venditoris hæredes, contra possessores postmodum detectos

dicta hereditatis empiricis praesentationem excitantur, quod...

Contra requirentes, pro dicta praesentationis improbabilitate...

Dicebam itaque quod duas desuper cadunt inspectiones, Una scilicet generalis super validitate...

Nolui autem assumere inspectionem generalem super duobus prioribus effectibus, de quibus aliis relatis agunt...

Id etenim nimiam importaret, evagationem meis occupationibus, & generali saltem antiquo curiae, & meo particulari...

mere dictam inspectionem validitatis, & perfectionis, dum...

Atque in hoc praesertim, nedum modernorum, sed etiam antiquiorum,...

Quamvis itaque ex praemissa circumstantia, quod ista non esset talis incertitudo, quae contractum viciaret...

Attenta prima inspectione, quamvis pro usuraria pravitate, quae de consequenti producit fructuum restitutionem, vel impurationem,...

Assumendo itaque alteram pro meo sensu ac genio meliorem inspectionem rationativam; Dicebam in primis quod ex praemissis...

Et quamvis in hac usuraria materia verius magisque receptum sit, ut iuris ignorantia non excuset, mulierique, vel rusticana,...

Clarius vero attentis particularibus istius casus circumstantiis...

stantis, quoniam non agebatur de pecunia per ipsum dominum data, adeo...

Quamvis etenim ubi contractus esset clare usurarius & infectus, ista circumstantia, vel similis non excusaret, dum...

Multo vero magis, ubi ob vitium, seu prohibitionem realem, five ob interesse tertii, lots principalis, cujus impuratione,...

Nimium considerandum quoque esse observandum circumstantiam necessitatis investimenti pecuniae hereditatis sub administratione existentis, necnon frequentiam istius contractus in hac Civitate, & conventionem fructuum in summa...

ubi accederet quoque dicta circumstantia, quod essent fidei commissio gravari, ac propterea prohibiti essent...

CORANA, SEU VELITERNA CONTRACTUS PRO PETRO THOMAUTIO CUM N.

Casus disputatus coram A. C. resolutus pro Petro. De eadem materia, de qua supra, disc. 2. super contractu societatis ad caput saluum, & an intret Bulla Sixti V. Et de locatione mercimonii.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series. 2 De auctoritatibus probantibus, quod contractus sit usurarius. 3 De stylo agendi de iustitia negotii principalis etiam in iudicio executivo. 4 Quod exceptio usura non impediat processum executivum. 5 Quod consensibus non sit deferendum, ubi contractus sit defictum. 6 An intret in hac materia Bulla Sixti V. & de eius materia. 7 Quando adesse dicatur capitale saluum, & an id inducat usuram. 8 De mixtura pecuniae in contractu locationis. 9 Si pensio est excessiva, non per hoc intret usura.

D I S C. XL.

Offidens Petrus quoddam adificium pro aptatione pellium, quod vulgo Conciliarium nuncupatur, illud cum instrumentis, & pellibus locavit N. pro annua pensione...

In disputationibus itaque desuper habitis Scribentes pro Conductore Reo convento excipiente de usura postquam fundamentum constituiebant in deductis apud Farinac. conf. 162. lib. 2. ubi in his specialibus terminis consimilibus locationis...

Fortius vero dicebant, usurarium praesentationem convinci ob mixturam pecuniae numeratae, cum qua mutuum non solum implicitum, sed explicitum inesse dicitur, dum ab ipso initio...

Scribens Ego pro Locatore actore, duas efformabam inspectiones; Unam scilicet ordinis super processu sequitivo in vim obligationis Cameralis per hanc exceptionem non impediendo, & quam solum inspectionem in proposito sufficere dicebam; Et alteram ad superabundantiam, & ad tollendam omnem umbram a mente iudicis super ipsius meritis negotii principalis; Idque ob commendabilem quidem Curiae stylium insinuat sub tit. de iudicio disc. 42. & 44. quod scilicet quamvis de stricta juris censura, in huiusmodi, vel simili...

milibus iudicis exequutivis, ac etiam in possessoriis, & p...
retinentenda, & reintegranda non admittantur exce...

Quatenus itaque pertinet ad primam inspectionem ordinis,
ultra propositionem generalem, super qua multa colligunt...

Et quoad authoritatem Azotii, cuius tantum incidenter
non examinato articulo est relator Carleval. ubi supra, ad...

Omneque difficultatem cessare advertentem ex eo quod
tunc in hac materia proprie intrat ratio dubitandi, quando...

Demum quoad mixturam pecunie, qua aliquam inferrebat
difficultatem, deducebam eadem, qua precise habentur su...

angebatur corpus; dicebam iustum, & rationabile videri;
quod augetur pensio, eo modo quo si locata vinea (ex gr.)...

Et quamvis difficultatem inferret quantitas pensionis,
qua ita fante concordi certificatione valoris in forte, erat...

URBINATEN. PECUNIARIA
PRO LIVIO BONAVENTURA
CUM M. DUCISSA ETRURIE VICTORIE DE RUVERE.

An, & quando conventio usurarum pupillarum
facta per Tutorem cum debitore pupilli valeat,
& quomodo.

- SUMMARIUM.
1 Facili series.
2 An & quando valeat pactum super interesse favore mutuatoris.
3 De usuris pupillaribus.
4 Interesse non potest excedere veritatem destinati investimenti.
5 Quid ubi destinatum investimentum cessavit, an duret conventio.
6 Quando observantia partium in hac materia attendatur.
7 De excusatione ab imputatione usurarum ex aliam bonam fidem.
8 An procurator possit recipere ab debitore solutionem sortis, si debeantur fructus.

DISC. XLI.

Um Livius Bonaventura esset debitor ultimi Ducis Urbini defuncti circa annum 1631. superfluitate eius hare...

Quamvis autem de anno 1645. dictus Mons fuerit suppressus, atque erectus alter cum dicitur augmento ad rationem...

Itaque facti serie sic stante, de tribus dubitari contigit.
Primo nempe de validitate prestea conventionis, & cursu...

Supet

Super primo puncto de plano favore creditricis contra
Livium pro validitate conventionis respondendum censui,
quoniam quidem DD. mareciam involvendo cum solita va...

Difficultas itaque cadere solet super istis hodie verissimas,
acceptate conclusionis applicatione, circa quam versari so...

Atque licet vera essent ea que ab eodem Conciolo deducebantur
circa usuras pupillares hodie per legem Canoniam sublatas,
quodque solum illa procedunt in odium Tutoris, vel alterius...

Unicum rationem dubitandi, donec duravit dictus mons,
cadere posse considerabam, quando fructus consueti percipi...

Majus fundamentum ex parte Livii debitoris constitui
posse dicebam in secundo tempore ab anno scilicet 1645.
post dicti montis extinctionem, dum ex dicto tempore pre...

casurii, qua currunt contra debitorem; qui susceperit in se
onus cambiandi juxta dec. 7. post Salgad. in lahyr. cum aliis...

Neque obstat posse videbatur, quod eadem creditrix
verissimiliter pecuniam investivisset in isto novo monte,
qui in substantia spectato effectus, videtur idem cum primo...

Tunc autem istud debitoris fundamentum irrelevans esse
advertebam, quod subsequuta observantia esset conformis
huic immutatio, quod scilicet exacti fuissent fructus ad...

Adhuc tamen mihi videbatur, quod motivum esset sub-
stantabile respectu fructuum, seu usurarum decurfarum,
& non solutarum, adeo ut ageretur de excusando debito...

Quo vero ad tertium punctum, ille erat potius facti
quam juris tam circa procuratorem potestatem recipiendi
etiam solutionem sortis principalis juxta questionem dispu...

Eatenus tamen ista potestas procedit quando constat de
vera, & reali solutione, aliam quam per simplicem confessio...

Postea potestate si quantitas erant expressa in causam sortis,
cessat illa questio, qua disputari solet in materia solutio...

Et quamvis juris regula sit, quod solutiones debent prius
cedere in causam fructuum, quam sortis, atque Procuratores
male egerint, recipiendo sortem, non prava solutione fructuum,
attamen id operabitur, quod principalis habeat actio...

BONONIEN. FRUCTUUM
CUM JO. BAPTISTA PINZIRANO.

Responsum pro veritate.

De eadem materia, de qua supra, disc. 15. & 16. fructuum
recompensatorum pro pretio mercium, que vendantur tanquam
universitas, an scilicet debeantur post mortem venditoris illi
haredi, qui interdicitur fit mercimonium; Et an post ipsarum
mercium preemptionem.

SUM.

